Fragmentarium

[Und]e et memores sumus domine nos
[serv]i tui · sed et plebs tua sancta · eiusdem
filii tui domini dei nostri · tam beatae pas
sionis · nec non et ab inferis resurrectio
nis · sed et in caelos gloriosae ascensionis ·
[Off]erimus praeclarae maiestati tuae de tuis
[d]onis ac datis · hostiam puram · hostiam
[san]ctam · hostiam immaculatam · Panem
[sanct]um vitae aeternae · et calicem salutis perpetuae
Supra quae propitio ac sereno vultu re
spicere digneris · et accepta habere sicuti
accepta habere dignatus es munera
pueri tui iusti Abel · et sacrificium patri
archae nostri Abrahae · et quod tibi obtulit summus
sacerdos tuus Melchisedech sanctum sa
crificium immaculatam hostiam ·
[S]upplices te rogamus omnipotens deus iube
[haec] perferri per manus sancti angeli tui in sub
[lim]e altare tuum ante conspectum divi
[nae] maiestatis tuae · ut quotquot ex hac
[alt]aris participatione sacrosanctum filii tui
[c]orpus et sanguinem sumpserimus
[omn]i benedictione caelesti et gratia repleamur
Per eundem Christum dominum nostrum · Memento etiam domine
[e]orum qui nos praecesserunt cum signo fidei ·
et dormiunt in somno pacis · N. · Ipsis
[domin]e et omnibus in Christo quiescentibus lo
[cum] refrigerii · lucis et pacis ut in

[in]dulgeas deprecamur · P[er eundem ...]
Nobis quoque peccatoribus famulis [tuis]
de multitudine miserationum [tuarum]
sperantibus · partem aliquam et soci[etatem]
donare digneris cum tuis sanctis apo[stolis]
et martyribus cum Iohanne · Stephan[o]
Mathia · Barnaba · Ignatio · Al[exan]
dro · Marcellino · Petro · Agath[a]
Lucia · Agnete · Cecilia · Anastasia · [et cum]
omnibus sanctis tuis intra quorum nos [consortium]
non aestimator meriti · sed veniae qu[aesumus lar]
gitor admitte · Per eundem Christum dominum nostrum
Per quem haec omnia domine semper bona
creas · sanctificas vivificas be[nedicis]
et praestas nobis · Per ipsum et cum ipso
et in ipso est tibi deo patri omnipotenti in unitate
spiritus sancti omnis honor et gloria · P[er omnia]
saecula saeculorum · Amen · Oremus praecep[tis salu]
taribus moniti · et divina insti[tu]
tione formati · audemus dicere ·
Pater noster qui es in caelis
Libera nos quaesumus domine ab omni[bus]
malis · praeteritis · praesentibus et futuris
et intercedente pro nobis beata et glo[riosa]
semperque virgine dei genitrice [Ma]
ria · et beatis apostolis tuis Petro [et]
Paulo atque Andrea cum omnibus s[anctis]
Hic osculetur patenam · [Da] propitius [pacem]

Fragm. lat. 50b

2

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 50, 2r – Sacramentarium (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-21xd/443/6567)